

LA VIDA

DEL MUNDO

Serafina
de
Requena

Requena

I
000888

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GRUPO UNALIS

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.
Sala Est. Tab. Núm.

2

79



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GREDO.SAL.E.S

2-12-9-19

Veteres de re militari Scriptores

Frontinus (Sextus Julius)

Strategemata

Libri quatuor

(Nota)

num. 36. cap. 8. num. 20.

(Nota) Falta en este exemplar el Prefacio y los libros primeros del primer libro los capitulos siguientes. 1^o 2^o 3^o 4^o 5^o 6^o 7^o y 8^o; en los asuntos por el orden que estan tratados son estos:

- 1^o De occultandis consiliis.
- 2^o De explorandis consiliis hostium.
- 3^o De constituendo statu belli.
- 4^o De transducendo exercitu per loca hosti infesta.
- 5^o De evadendo ex locis difficillimis.
- 6^o De insidiis in itinere factis.
- 7^o Inveniamus ea, quibus deficiamus, videantur non deesse, aut eorum compleretur.
- 8^o De distingendis hostibus.

I
00088

6107
A7

¶ De seditione militum compescenda. Ca. viiit.
¶ Quemadmodum intempestiua postulatio pugne in-
bibeatur. Ca. x.
¶ Quemadmodum incitandus sit ad prelium exerci-
tus. Ca. xi.
¶ De dissolurendo metu/quo milites ex aduersis conci-
derunt omnibus. Ca. xii.

¶ De occultandis consiliis. Ca. i.

m Arcus Portius Cato deuictas a se ciuitates Hi-
spanie existimabat in tempore rebellaturas fi-
ducia inuorum scripsit itaq; singulis ut diru-
erent munimenta. minatus bellum nisi cofestim obtem-
perassent: epistolasq; uniuersis ciuitatibus eodez die red-
di iussit: unaqueq; urbium sibi soli credidit imperatum
Contumaces conspiratio potuit facere: si omnibus idez
denuntiari notu fuisset: ¶ Hamilcar dux penorum ut
in Siciliam inopinanter appelleret classem/non pronun-
tiauit quo proficisceretur sed tabellas in quibus scriptu
erat quam partem uellet petere uniuersis gubernatori-
bus dedit signatas. precepitq; ne quis legeret: nisi ui tem-
pestatis a cursu pretorie nauis abductus esset. ¶ C. Lelius
ad Syphacem profectus legatos quosdam ex tri-
bunis & centurionibus per speciem seruitutis ac mini-
sterii exploratores secum duxit: ex quibus. L. Statoriu
quia sepius in eisdem castris fuerat quidam ex hosti-
bus uidebantur agnoscere: occultande conditionis eius
causa baculo ut seruum castigauit. ¶ Tarquinus super-
bus pater principes Gabiorum interficiendos arbitratus
quia hoc nemini uolebat innotescere comissum/nihil
nuntio respondit qui ad eum a filio erat missus: tamen

In tempore rebellaturas

uirga eminentia papauerum capita cum forte in orto
ambularet decussit. nuntius sine responsione reuersus re
nuntiauit adolescenti Tarquinio / quid agētem patrem
uidisset. ille intellexit idē esse eminentibus faciēdum
¶ Cēsar qui suspectam habebat Aegyptiorū fidem per
speciem securitatis inspectione urbis atq; operum ac si
mul licentioribus cōuiuiis deditus / uideri uoluit captū
se se gratia locorum / ut ad mores Alexandrinos uitāq;
deficeret: atq; inter eam dissimulationem preparatis sub
sidiis occupauit egyptum. ¶ Ventidius Parthico bello
aduersus Pachorum regem non ignarus pharneū quē
dam natione tyriestem / ex his qui socii uidebantur om
nia quę apud ipsos agerentur nuntiare parthis perfidi
am barbari ad utilitates suas cōuertit. Nā quę maxime
fieri cupiebat ea se uereri ne acciderent / quę timebat /
ea ut euenirent se optare simulabat: Sollicitus itaq; ne
parthi ante transirent Euphratem / q̄ sibi superuenirent
legiones quas in capadotia trans Taurū habebat. Studi
ose cum proditore egit / uti solemnī perfidia parthis sua
deret per zeucma traicerent exercitum qua & breuissi
mum iter est. & omisso alueo euphrates decurrit. Nāq;
si illac uenirent asseuerabat se oportunitate collium usu
rum ad eludendos sagictarios: Omnia autem uereri si se
in patentes campos proiecissent. Inducti hac affirmatio
ne barbari inferiore itinere per circuitum adduxerunt
exercitum. Dumq; fusiores ripas & hoc oposiores
pontes iungunt instrumentaq; moluntur. xl. amplius
dies impenderunt / quo spatio Ventidius ad contrahen
das usus est copias. Eisq; triduo anteq̄ parthis adueni
ret receptis: acie commissa uicit parthos & interfecit.
¶ Mythrydates circūuallante Pompeio / fugam in pro
ximā diem moliens / huius consilii obscurandi causa / la

Cēsare

Ventidius

Mythrydat.

rius & usq; ad applicitos hosti ualles pabulat: Colloca
tūq; cum pluribus auertende suspitionis causa im
posterum constituit. Ignēs autem frequentiores per tota
castra fieri iussit. Secunda deinde uigilia per ipsa castra
hostium agmen eduxit. ¶ Imperator cēsar Domitianus
(Augustus Germanicus) cum germanos qui in ar
mis erant uellet opprimere / nec ignoraret maiore bellū
molitione inuituros; si aduētum tanti ducis presensissent
profectionem suam sensu obtexuit galliarū. sub quibus
inopinato bello affusus: contusa immanium ferocia na
tionum prouinciis consuluit. ¶ Claudius Nero cum
cuperet H. Iulianam copiam eius anteq̄ Hannibali fra
tri iungerentur occidere. Iccircoq; festinaret se Liuius Sa
linator collegae suo / cui bellum mandatum fuerat / paru
fidens uiribus quę sub ipso erant adiungere: neq; tam
discessum suum ab Hannibale cui oppositus erat senti
ret. x. milia fortissimorum militū elegit: precepitq;
legatis quos relinquebat / ut eadem stationes & uigilię
quę agerentur totidem ignēs arderent / eademq; facies
castrorum seruaretur: ne quid Hannibal suspicatus au
deret aduersus paucitatem relictorum. Cum demum in
umbria occultatis itineribus collegae se iunxisset uetuit
castra ampliori ne quid signi aduentus sui pœno daret
detracturo pugnam si consulum iunctas uires intellexi
set. Igitur inscium duplicatis aggressus copiis superauit
& uelocius omni nuntio rediit ad Hannibalem. Ita
ex duobus callidissimis ducibus penorum eodem con
silio Alterum celauit: Alterum oppressit.
¶ Themistocles exhortans suos ad suscitandos festinā
ter muros quos iussu Lacædemoniorum deiecerant
legatis Lacædemonem missis qui interpellarent

Domit

clau. n

Themise



respondit uenturum se ad diluendam hanc existimati/
mationem & peruenit Lacedaemonem ibi simulato mor/
bo aliquantulum tempus contraxit & postquam intellexit su/
spectam esse tergiversationem suam contendit falsum
ad eos rumorem et rogauit ut mitterent aliquos ex prin/
cipibus quibus crederet de munitione Athenarum/
suis deinde clam scripsit ut eos qui uenissent retinerent
donec refectis opibus confiterentur Lacedaemonis mu/
nitas esse Athenas nec aliter principes eorum redire posse
quam ipse remissus foret: quod facile prestiterunt Lacede/
monii: ne unius interitum multorum mortem pensarent.

Luci. Furi?

Lucius Furius exercitu producto in locum iniquum
cum constitisset occulte sollicitudinem suam ne reli/
qui trepidarent paulatim se inflectentes tanquam circumitu ma/
iore hostem aggressus conuerso agmine ignarum rei
que agebatur exercitum incolumem reduxit. Metel/
lus in Hispania interrogatus quid postera die facturus
esset tunicam meam si eloqui posset inquit comburerem

Metellus

Lucini? crass?

M. Lucinius Crassus percontati quo tempore motu/
rus esset castra respondit uereri se ne tuba id audiat

in mstra metatu rus

De explorandis consiliis hostium. Ca. ii.

Scipio africa

Scipio Africanus capta occasione mittendae ad
Sypbacem legationis cum Lelio seruorum ha/
bitu tribunos & ceterum electissimos ire ius/
sit: quibus cure esset prospicere regias uires/hi cum Ei/
berius castrorum positionem scrutarentur equum de
industria dimissum tanquam fugientem persecuti maximam
partem munimentorum circueuerunt: que cum nuntias/
sent incedio confectum est bellum. Q. Fabius maxi/
mus bello Hetrusco cum adhuc incognite forent Ro/
manis ducibus sagatiores explorande uis fratrem Fabi/

in Vallus
Q. fab. Max

um Cesonem peritum lingue Hetrusce iussit Hetrusco
habitu penetrare Cininiam siluam intentatam ante mi/
liti nostro: Quod is adeo prudenter atque industrie fecit
ut transgressus siluam umbrosas camerae cum animadu/
uertisset non alienis nomini Romano ad societatem con/
pulis. Carthaginenses cum animaduertissent Alexan/
dri ita magnas opes ut Africe quoque immineret unum
ex ciuibus uirum acrem nomine Hamilcharem Rho/
dium iusserunt simulato exilio ire ad regem: omniq;
studio in amicitiam eius peruenire: qua is potitus consi/
lia eius nota ciuibus suis faciebat. Idem Carthaginenses
miserunt qui per speciem legatorum longo tempore Ro/
me morarentur excipientes consilia Romanorum. Mar/
cus Cato in Hispania quia ad hostium consilia alia
uia non potuerat iussit trecentos milites simul impetu
facere instationem hostium raptumque unum ex his in
castra perferre incolumem: tortusque ille omnia suorum
arctana confessus est. Caius Marius consul bello Cym/
brico & thetonico ad excutiendam Gallorum & Li/
gurum fidem litteras eis misit. Quarum pars prior pre/
cipiebat ne interiores que signate erant ante tempus cer/
tum aperirentur: easque postea ante prestitutam diem re/
petiit: & quia referatas repererat intellexit hostilia agita/
ri. Est & alius modus explorandi: quo ipsi duces nul/
lo extrinsecus adiutorio per se prouident: Sicut Aemili/
us Paulus consul bello Hetrusco apud oppidum Colo/
niam dimissurus exercitum in planitiem / contempla/
tus procul auium multitudinem citatiori uolatu e silua
consurrexisse / intellexit aliquid illic insidiarum latere
quod conturbate aues & plures simul euolauerunt. pre/
missis igitur exploratoribus comperit x. milia boio/
rum excipiendo ibi Romanorum agmina in itinere/
easque alio quam expectabatur latere missis legionibus cir

Penetrare c
miriam silu

Carthag

quibus factu

M. Cato

C. Mari

Aemil. Pau



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Thyamus

Asdrubal

trigosi equi

Alexander

Isax

Fabius max

Byzantijs

cumfudit. ¶ Similiter Thyamenus Florestis filius cum audisset iugum ab hostibus natura munitum ferri premisit sciscitaturus quid rei foret: ac referentibus eis non esse verum quod opinaretur/ ingressus iter ubi uidet ex suspecto iugo magnam uiri uium simul euolasse/ nec omnino residere arbitratus est illic latere agmen hostium: itaq; circumducto exercitu elusit insidiatores. ¶ Hasdrubal frater Hannibalis tunc Liuui & Neronis exercitum/ quare hoc illi non duplicatis castris dissimularent intellexit qd ab itinere strigiosiores notabat equos & coloratiora hominum ut ex uia corpora.

¶ De custodiendo statu belli.

Ca. iiii.

a Alexander Macedo euz haberet uehementem exercitum semper eum statu belli elegit ut acie confingeret.

¶ De eodem.

c Aesar bello ciuili cum ueteranum exercitum haberet: hostium aut tyronem esse sciret acie semper decertare studuit. ¶ Fabius Maximus aduersus Hannibalem successibus preliorum insolentem/ recedere ab ancipiti discrimine & tueri tantummodo Italiam constituit: cunctatorisq; nomen: & per hoc summi duci meruit. ¶ Byzantijs aduersus philippum omni preliandi discrimine uitantes omnia etiam finium tutela/ intra munitoes oppidi se receperunt: assequutus sunt ut philip. obsidionalis more impatens recederet. ¶ Hasdrubal Gylgonis filius secundo punico bello in Hispaniam uictum exercitum/ cum Publius Scipio instaret

per urbes diuisis. Itaq; factum est ut Scipio ne oppugnatione plurium oppidorum distinguere in Hyberna suos reduceret. ¶ Themistocles aduentante Xerxe/ quia neq; prelio pedestri neq; finium tutela/ neq; obsidioni credebat sufficere Athenienses/ auctor fuit eis liberos & coniuges Troezenem & in alias urbes emittendi/ relictoque oppido/ statum belli ad nauale prelium transferendi. Idem fecit in eadem ciuitate pericles/ aduersus lacemonios. ¶ Scipio manente in Italia Hannibalem transmissio in Africam exercitu necessitatem Carthaginensibus imposuit reuocandi Hannibalem. Sicq; a domesticis finibus hostile transtulit bellum. ¶ Athenienses cum Deteliam castellum iporum Lacemonii communissent & frequentius uexarentur/ classem qua Peloponnesum infestarent miserunt consecutus sunt/ ut exercitus Lacemoniorum qui detelie erant reuocaretur. ¶ Imperator cesar Domitianus Augustus/ cum germani/ morte suo e saltibus & obscuris latebris subinde impugnant nos/ tutumq; regressum in profunda siluarum haberent/ militibus per c. xx. milia passuum actis non mutauit tantum statum belli: sed & subdidit dittoni sue hostes quorum refugia nudauerat.

¶ De transducendo exercitu per loca hosti infesta. Ca. iiii.

a Emilius Paulus consul cum in Lucanos iuxta littus angusto itinere exercitum duceret/ & Tarentini ex classe insidiati agmen eius scorpionibus aggressi essent/ captiuis latera euntium pretextuit: quorum respectu hostes inhibuere tela. ¶ Agesilaus Lacemonius cum preda bonustus ex phrigia rediret insequerenturq; hostes/ & ad locorum oportunitate;

Themistocles

Scipio

Athemense

transmissio

Domitia

Aemii Paul

Agesilaus



lacefferent agmen eius / ordinem captiuorum ab utro
 latere exercitus sui applicuit / quibus dum parcutur
 ab hoste spatium transeundi habuerunt. **Lacedemoni-**
dem tenentibus angustias thebanis / per quas transire ha-
 bebat / flexit iter quasi thebas contenderet / exterritis the-
 banis digressisq; ad tutanda menia / repetitum iter quo /
 destinauerat emensus est / nullo obsistente. **Nicobos-**
tratus dux etholorum / aduersus epirotas cum ei aditus in
 fines eorum angustii fierent / per alterum locum irrupsi-
 pturum se ostendens omni illa ad prohibendum occur-
 rente epirotarum multitudine reliquit suos paucos: qui
 speciem remanentis exercitus preberent & ipse cum ce-
 tera manu / qua non expectabatur aditum intrauit. **Aut-**
thophrates perses cum in pessidiam exercitum duce-
 ret / & angustias quasdam pesside occuparent / simulata
 uexatione traiciendi instituit reducere: quod cum pesside
 credidissent / ille nocte ualidissimam manum ad eundem
 locum occupandum premisit / ac postero die totum tra-
 iecit exercitum. **Philippus** macedonum rex / Græciam
 petens cum thermopylas occupatas audiret / et ad eum le-
 gati etholorum uenissent acturi de pace retentis eis ipse
 magis itineribus ad angustias pertendit securisq; custo-
 dibus & legatorum reditus expectantibus inopinatus
 thermopylas traiecit. **Iphycrates** dux Atheniensium
 aduersus Anaxibium Lacedemoniorum in hellesponto
 circa abidon cum transducendum exercitum haberet
 per loca que stationibus tenebantur / alterum autem la-
 tus eius transitus / abscessi montes premerent / alterum ma-
 re ablucret / aliquandiu moratus cum incidisset frigidus /
 or solito dies / & ob hoc nemini suspectus delegit fir-
 missimos quosq; quibus oleo ac mero calefactis precepit
 ut ipsam horam maris legerent / abruptiora transirent: atq;
 ita custodes angustiarum inopinatus oppressit a tergo.

ducis / ueretur ex superiore hostium incursum
 res totas intra uallum obiecit. deinde sublimibus
 circa omnia tentoria ductis tota castra confudit. inter
 septa hostium aditu simul humo & frondibus quas fol-
 lis supererat facta in superiora euasit. **Gn. Foteius**
Crassus Hispaniam cum tribuimibus hominum pre-
 datum profectus ad Histrubalem & ad primos tantum
 ordinis consilio incipiente nocte quo tempore
 nocturno spectabatur per hostium stationes prorupit.
Publius Furius exercitu producto in locum iniquum
 cum constituisset occultare sollicitudinem suam ne reli-
 qui trepidarent paulatim inflectit iter: tanquam circuitu ma-
 iore hostem aggressurus: conuersoq; agmine ignarum
 restitue agebatur exercitum incolumem reduxit. **Pu-**
blus Decius tribunus bello Samnitico / Cornelio cosso
 consule inquis locis deprehenso ab hostibus suavit ut
 occupatum collem qui erat in propinquo modicam ma-
 num mitteret sequi ducem iis qui mittebantur obtulit / ad-
 uocatus in diuersum hostis dimisit consulem: **Decimium**
 autem cinxit obsiditq; illas quod angustias noctu irru-
 ptione facta / cum frustratus esset **Decimus** incolumis
 cum militibus consuli accessit. **Idem** fecit sub **Attilio**
Calatino consule is cuius uarie traditur nomen alii **labe-**
rium nonnulli **Quintum** plurimi **Calpurnium** fama uo-
 citatum scripserunt. **Hic** cum dimissum exercitum in
 eam uallem uideret / cuius latera omnia superiora hostis
 infederat / depoposcit & accepit trecentos milites quos
 adhortatus ut uirtute sua exercitum seruarent in medi-
 am uallem decurreret & ad opprimendos eos undiq; de-
 scendit hostis longoque & aspero prelio petendos occasi-
 onem consuli ad extrahendum exercitum dedit. **Lu-**
cius Minutius consul in Liguria dimisso exercitu in an-
 gustias / cum iam omnibus aduersaretur **claudiane** **Chy-**

N. Ithy
 Igesilanus
 Nicobos
 Iphycrates
 Philippus
 Igesilanus
 Iphycrates
 Ithy

Gn. Foteius

L. Furius

P. Decimius

idem

L. Minutius

Attilij Calatini multa
nomina



dis exemplo numidas auxiliares tam propter ipforum
q̄ propter equorum deformitatem despiciendos iussit
ad equitare faucibus que tenebantur. Primo intenti ho-
stes ne lacefferentur stationem obiecerunt de industria
Numide ad augendum sui contemptu labi equos & per
hulibrium spectaculo esse affectauerunt ad nouitatem rei
laxatis ordinibus barbati in spectaculum usq; resoluti
sunt. Quod dum animaduertit numide paulatim suc-
cedentes additis calcaribus per intermissas hostium sta-
tiones eruperunt: quorum demum cum proximos in-
erunt agros necesse liguribus fuit auocari ad defenden-
da sua/inclusosq; Romanos emittere. ¶ Lucius Sylla bel-
lo sociali apud Eserniam inter angustias deprehensus ad
exercitum hostium cui Duilius preerat colloquio peti-
to de conditionibus pacis agitabat sine effectu. hostem
tamen propter indutias negligentia resolutus aduertens
nocte profectus relicto buccinatore qui uigilias ad fide
remanentium diuideret / & quarta uigilia commissa
cum sequeretur incolumes suos cum omnibus impedi-
mentis tormentisq; in tuta perduxit. ¶ Idem aduersus
Archelaum prefectum Mythydati in capadocia ini-
quitate locorum / & multitudine hostium pressus / fecit
pacis mentionem interpositoq; tempore etiam indutia-
rum & per hec aduocata intentione / aduersarium eua-
sit. ¶ Hasdrubal frater Hannibalis cum saltum euadere
non posset faucibus eius obsessis egit cum CL. Nerone
recepitq; dimissum / in Hispania excessurum cauillatos
deinde conditionibus dies aliquos extraxit quibus om-
nibus immisit per angustos tramites & ob id neglectos
dimittere per partes exercitu ipse deinde cum reliquis
expeditis facile effugit. ¶ Spartacus fossam qua erat a
Marco Crasso circumdatus / celsis captiuorum / pecorum
q; corporibus noctu repleuit & supgressus est. Idem

cum in Velbio obsessus ea parte qua mos asperrimus
erat / ideoq; incustodit ex uimine siluestri carbonas co-
seruit quibus demissus non solum euasit: uerum etiam
ex alio latere gladio ita terruit ut aliquot cohortes / gladi-
atoribus quatuor et septuaginta cesserint. Idem cum a Lu-
cio Varino proconsule preclusus esset / palis per modi-
ca interualla fixis ante portam / erecta cadauera adorna-
ta ueste atq; armis alligauit ut procul intuentibus statio-
nis species esset / ignibus per tota castra factis imagine
uaria deluso hoste copias silentio noctis eduxit. ¶ Brasidas
dux Lacædemoniorum / circa amphypolim ab Athe-
nensium multitudine numero impar deprehensus clau-
dendum se prestitit. ut per longum corone ambitu exte-
nuaret hostilem frequentiam quaq; rarissimi obstabant
erupit. ¶ Hiphocrates in Tracia cum depresso loco ca-
stra posuisset / explorasset autem ab hoste proximum te-
neri collem / ex quo unus ad opprimendos ipsos descen-
sus erat nocte paucis intra castra relictis impauit ut mul-
tos ignes faceret / ductoq; exercitu & disposito circa la-
tera predicta / uigilans passus est transire barbaros locorumq;
iniquitate in qua ipse fuerat in illos conuersa parte exer-
citus terga eorum cecidit / parte castra fecit. ¶ Darius ut
falleret Scythas discessu canes atq; asinos in castris reli-
quit / quos cum latrantes rudentesq; hostis auferret / re-
manere Darium credidit. Eundem errorem obiecturi
nostris ligures per diuersa loca bubalos laqueis ad arbo-
res alligauerunt qui deducti frequentiore mugitu speci-
em remanentium prebebat hostium. ¶ Hanno
ab hostibus clausus locum eruptioni maxime aptum
aggessis leuibus materiis incedit / tuz hoste ad certus ex-
itus custodiendos aduocato milites per ipsam flammam
eduxit admonitos ora scutis crura ueste contegere.

idem

Brasidas

Darius

Bubali

hamo

et ceteros

Th
da
st
Sylla bello so-
ciali
Buccinator
dem.
Hasdrubal
Spartacus



annibal

re insidiorum metu . 1. ob m fidioru metu

ulius

dem

typhycrates

Hannibal ut iniquitatem locorum & inopiam inta-
te Fabio Maximo effugeret noctu boues quibus cor-
nua fasciculis alligauerat sarmentorum subiecto igne
dimisit. cumq; ipso motu adolente flamma turbare-
tur pecus magna discursatione montes in quos actum
erant collustrant Romani qui ad speculandum concur-
rerant primo prodigium opinati sunt. Deinde cum cun-
cta Fabio renuntiassent ille de insidiarum metu suos ca-
stris continuit: barbari obsistente nullo profecti sunt.

De insidiis in itinere factis.

Ca. vi.

Vluis nobilior cum ex sannio in lucanos ex-
ercitum educeret & cognouisset a perfugis bo-
stes nouissimum agmen eius aggressuros fortis-
simam legionem primo ire/ultimo sequi iussit impedi-
menta ita facto cum pro occasione amplexi hostes di-
ripere sarcinas ceperunt: Fuluis legionem de qua su-
pradictum est quinque cohortes in dextram uie partem
dixit quinque ad sinistram atq; ita predationi intentos
hostes explicato per utraq; latera milite clausit cecidit
q; Idem hostibus tergum eius in itinere prementi-
bus dum flumine interueniente non ita magno ut transi-
tum prohiberet moraretur tamen rapiditate alteram
legionem in occulto citra flumen collocavit ut hostes
paucitate contempta audacius sequeretur. q; ubi factum
est legio que ob hoc disposita erat de insidiis hostem
aggressa uastauit. Hypbycrates in Traciam cum pro-
pter conditionem locorum longum agmen deduceret
& nuntiatum esset ei hostes summum id aggressuros
cohortes in utraq; latera secedere & consistere iussit, ce-
teros suffugere & iter maturare transeunte autem toto
agmine lectissimos quosq; retinuit: & ita passim circa
predam occupatos hostes iam etiam fatigatos ipse re-

Boij

quietis & ordinatis suis aggressus fudit exuitq; preda
Boij in silua litana qua transiturus erat noster exerci-
tus succiderant arbores ita ut ex parte exigua substenta
te starent donec impellerentur delituerunt deinde ad ex-
tremas ipsius ingressa siluam hoste proximas ulterio-
res impulerunt eo modo in propagata pariter supra ro-
manos ruina magnam manum eliserunt.

Quemadmodum ea quibus deficiamus uide-
antur non deesse ut usus eorum expleat Ca. vii.

Vcius Cecilius metellus q; uis nauium quibus ele-
phantes transportaret deficiebat iussit dolia
construitorq; tabulamentis ac super ea positos
periculum fretum transiit. Hannibal cum pro alti-
fluminis transitum elephantes non posset pellete neq;
nauium ac materiarum quibus rates continerentur co-
piam haberet iussit ferocissimum elephatum sub aure
uiulnerari & eum qui uulnerasset trahato statim flumi-
ne precurrere elephantes exasperatus ad persequendum
doloris sui autorem transiit amnem & reliquis idem
audendi dedit exemplum. Carthaginensium duces
instructuri classem quia sparto deficiebant crinibus ton-
sarium mulierum ad funes efficiendos uisunt. Idem Mas-
silienses & Rhodii fecerunt. M. Antonius a mutina
profugus cortices pro scutis militibus suis dedit. Spar-
taco copias eius scuta ex uimine fuerunt que coriis te-
gebantur. Non alienus ut arbitror hic locus est refe-
rendi factum Alexandri macedonis illud nobile qui p-
deserta Africe itinera grauissima siti cum exercitu affe-
ctus oblatam sibi a milite in galea aquam spectantibus
uniuersis effudit utilior exemplo temperantie q; si com-
municare uoluisset.

De distinguendis hostibus.
Ca. viii.

L. Cecilius

hanniba

Carthagi

M. anto

Spartaci

Alexand

hor lum
nuf non
phar saly
fenny in
honyz tra
dit q; de
alexandro
hnt frontinus



Horatius

Hannibal

Fabius max.

A. Curius

T. Didius

Poeni

Ortolanus cum ignominiam damnationis sue bello ulcisceretur populatorem patritiorum agrorum inibiuit deustis uastatisque plebeiorum: ut discordiam moueret: quia consensus Romanorum distingueret. Hannibal Fabium cui neque uirtute neque arte belli uidi par erat: ut infamiam distingueret agris eius abstinuit ceteros populatus contra ille ne suspecta ciuibus fides esset magnitudine animi effecit publicatis possessionibus suis. Fabius Max. quinto consul: cum Gallorum unbrorum Etruscorum Sannitium aduersus populum Romanum exercitus coisissent: contra quos et ipse trans apeninum munire castra conuebat. Ipsi Fuluius & postumio qui in presidio urbi erant: ut copias ad Sannium moueret quibus assecutis ad sua defendenda Heltrusci Umbrique descenderunt: relictos Sannites Gallosque Fabius & collega decius aggressi uicerunt. Marcus curius aduersus Sabinos qui ingenti exercitu conscripto relictis finibus suis nos occupauerant occultis itineribus manum misit que desolatos agros eorum uicosque per diuersa incendit. Sabini ad arcendam domesticam uastitatem recesserunt. Curio contigit & uacuos prestare hostium fines & exercitum sine prelio auertere sperare sumque cedere. T. Didius paucitate suorum diffidens cum in aduentum earum legionum quas expectabat trahere bellum & occurrere eis hostem conperisset: concione aduocata aptari iussit milites ad pugnam ac de industria negligetius custodiri captiuos: ex quibus pauci qui per fugerunt nuntiauerunt suis pugnam imminere. At illi ne suspitione prelii deducerent uires omisserunt occurrere eis quibus insidiabatur legiones tutissime nullo excipiente ad Didium puenerunt. Bello punico quedam ciuitates que a Romanis deficere ad Penos destinauerant: cum obides dedissent quos recipe antequam deficerent

Aptari militis ad pugnam iussit

studebant simulauerunt seditionem inter finitimos ortam quam romanorum legati dirimere deberent missos que eos uelut contraria pignora retinuerunt nec ante reddiderunt quam ipsi recuperarent suos. Legati romanorum cum misissent ad Antiochum regem qui secum Hannibalem uictis iam Carthagini habebat: consiliumque eius aduersus Romanos instruebat crebris cum Hannibale colloquiis effecerunt ut is regi fieret suspectus cui gratissimus aliogenus erat & utilis propter caliditatem & peritiam bellandi. Quintus metellus aduersus Iugurtam bellum gerens missos ad se legatos eius corrupit ut sibi regem proderent: cum etiam alii uenissent idem fecit. Eodem consilio uisus est & aduersus thracios. Sed de captiuitate iugurte res pax processit uirum enim tradi sibi uolebat plurimum in consecutus est: Nam cum intercepte fuissent epistole eius ad regios amicos scripte: in omnes eos rex aduertit spoliatusque consiliis amicos postea parare non potuit. Cesar per exceptum quedam aquatorem: cum compisset afranium petreiumque castra noctu moturos: ut citra uexationem suorum hostilia impediret consilia in initio statim noctis uala conclamare milites de preter aduersario castra agimulos cum fremitu et sonitu iussit continuare: quos retentos uolebat arbitrari castra Cesarem mouere. Scipio africanus ad excipienda auxilia cum comeatibus Hannibali uentum terminum dimisit ipse subuenturus. Dionisius Syracusanorum tyrannus cum aфри ingenti multitudine transuri essent in Siciliam ad eum oppugnandum castella pluribus locis munivit custodibusque precepit ut eadem aduenientia hosti dederent: dimissique Syracusas occulte redirent aфри necesse fuit capta castella presidio ibi tenerent quos dyonisius redactos ad quam uoluerat: paucitateque pene par numero aggressus uicit: cum suos contraxisset et aduersarios sparsisset.

Vasa conclamare militis iussit

Romani

Quint. metellus

idem

Cesar

Scipio africanus

Dyonisius



Agelilaus

Manlius

Scylla

Pompeius

Scor

Sertorius

Agelilaus Lacædemonius cum inferret bellum Typhaerne Cariã se petere simulauit: quasi aptius locis motis aduersus hostem equitatu preualentem pugnaturus. per hanc consilii ostensionem/ aduocato in cariam Typhaerne ipse lidiã ubi caput hostiu3 regni erat irruit. oppressisq; qui illuc agebat pecunia regia potitus est.

De seditione militum cõpescenda. Ca. viii.

Vilius Manlius cõsul cum comperisset qd coniuressent milites in hybernis campaniẽ ut iugulatis hospitibus ipsi res eorum inuaderent/ rumorem sparsit/ eodem loco hybernatos atq; ita coniuressentem consilio companiam periculo liberauit & ex occasione nocentes puniuit. Lucius scylla cum legiones ciuium Romanorum pernitiõsa seditione furerent/ consilio restituit sanitatem efficit. Prope enim anuntiarum iussu hostem adesse/ & ad arma uocantium clamorem tolli signa canere discussa seditio est uniuersis aduersus hostem consentientibus. Cneus Pompeius trucidato ab exercitu Mediolani senatu ne tumultum moueret si solos euocasset/ nocentes mixtos eis qui extra delictum erant/ uenire iussit ita & noxijs minore animi metu quia non segregati/ Ideoq; non ex causa culpe uidebantur ac cæsi compararentur & illi quibus integra erat conscientia custodiendis quoq; nocentibus accederunt/ ne illorũ fuga inquitarentur. Cesar cum quedam legiones eius seditionem mouissent/ adeo ut in pernitiẽ quoq; ducis uiderentur confurrecturẽ dissimulato metu pcessit ad milites postulantesq; missionem ultro minaci uultu dedit exauctoratos/ penitentia coegit satisfacere imperatori obsequentioresq; in reliquum operas edere.

Quemadmodum intempestiua postulatio pugne inibeatur. Ca. x.

Virtus Sertorius quod experimento didicerat imparem se uniuerso Romanorũ exercitui ut

de hac seditione ut puto meminit hanc in pte p̄uoluit.

barbaros quoq; inconsulte pugnam exposcentes doceret/ adductis in conspectu duobus equis altero preualido/ altero admodum exili/ duos admouit iuuenes/ similiter affectos/ robustum & gracilem/ ac robustiori imperauit/ equo exili uniuersam caudam abrumpere. Gracili autem ualentiorẽ per singula uellere/ cũq; gracilis fecisset quod impatum erat/ ualidissimus cum in infirmi equi cauda sine effectu luctaretur. Iam inquit Sertorius Romanarum cohortiu3 per hoc uobis exemplũ ostendi milites/ insupabiles sunt/ uniuersas aggredientibus eadem lacerabit & carpet q; per partes attentabit. Idem cum uideret suos pugne signum inconsulte flagitantes crederetq; rupturos impium nisi congregarentur pmissit turme equitum ad lacessendos hostes ire/ laboratiq; submisit alias/ & sic recepit omnes/ utrisq; & sine noxia ostendit quis exitus flagitamã pugna mansisset obsequentissimis inde eis usus est. Agelilaus Lacædemonius/ cum aduersus thebanos castra sup ripam posuisset multoq; maiorem hostium manum esse intelligeret & ideo suos arcere acupiditate decernendi uellet dixit responso dñi/ se ex collibus pugnare iussum. & ita exiguo presidio ad ripam posito accessit in colles. Quod thebani pro metu interpretati/ transferunt flumine & cum facile depulissent presidium ceteros insecuti auidijs iniquitate locorum a paucioribus uicti sunt. Scorio dux dacorũ/ cum sciret dissociatum armis ciuilibus populũ Ro. neq; tã tentandum arbitraretur/ quia externo bello posset concordia in ciues coalescere duos canes in conspectu populariũ comisit hisq; acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ondit / quem protinus canes omisa inter se ira aggressi sunt. Quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis pro futuro.

natu

Scorilo

maxim

modũ exercitus sit incitadus ad preliũ. Ca. xi. Abius & Caius manilius consules aduersum

Dissociatũ armis ciuilib; populũ

idem

Agelilaus

Scor

fabi



etruscos propter seditionem detractante prelium exer-
citu/ultra simulauit cunctationem: donec milites probris
hostium coacti/pugna deposcerent: iurarentq; se ex ea
uictores redituros. ¶ Fuluius nobilior euz aduersus san-
nitium numerosuz exercitu & successibus tumidu par-
uis copiis necesse hret decertare/ simulauit unam legio-
nem hostiu a se corruptam ad proditorem imperauitq;
ad eius rei fidem tribunis/ & primis ordinibus/ & centu-
rionibus qum quisq; pecunie aut auri argentiq; haberet
conferret/ ut/ representari merces pditoribus posset
se aut iis qui attulissent pollicitus est consumata uictoria
ampla insup premia daturu/ que sua psuasio Romanis
alacritatem attulit & fidutiā: inde et preclara uictoria co-
missio statiz bello pacta est. ¶ Cesar aduersus germanos
& Ariuistum pugnaturus/ confusis suoz animis p con-
coe dixit nullius se eo die opa nisi decime legionis usu-
rum. Quo consecutus est ut decima tanq; precipue for-
titudinis testimonio cogeret et ceteros puderet/ ne penes
alios gloria uirtutis esset. ¶ Q. Fabius/ qui egregie scie-
bat & Romanos eius esse libertatis que cotumelia exa-
speraret/ & a penis nihil iustum aut moderatu expecta-
bat/ milit legatos carthaginez de conditioibus pacis quas
euz illi iniquitatis insolentie plenas retulissent exercitus
Romanoz ad pugnandu concitatus est. ¶ Agelilaus la-
cedemonioz dux cum prope ab Orcomeno socia ci-
uitate castra hret: compissetq; plerosq; ex militibus pre-
tiosissima rerum deponere intra munimenta/ precepit
oppidanis ne quis exercitum suum ptinens reciperetur
quo ardentius dimicaret miles qui sciret sibi pro omni-
bus suis pugnandu. ¶ Epaminundas dux thebanoz ad-
uersus lacedemonios dimiscaturus/ ut non solu uiribus
milites sui: uerum etiam affectibus adiuuarentur pronu-
tiau in concione destinatu lacedemoniis si uictoria po-

ulius

esar

quin fab

Agelilaus

Epaminud.

tirentur/ omnes uirilis sexus interficere/ uxoribus aut eo-
rum & liberis in seruitute adductis thebas diruere. Qua
concione concitati primo impetu thebani lacedemoni-
os expugnauerunt. ¶ Eutidas dux lacedemonioz pug-
naturus eodem die qua classem uicerant locii quis igna-
rus acte rei/ iulgauit nuntiatu sibi uictoria partium/ quo
constantiores ad pugna milites hret. ¶ Luuius postumi-
us prelio quo cum latinis conflixit oblata specie duoz
ini equis iuuenum animos suoz erexit pollucem adesse
dicens: ac sic prelium restituit. ¶ Archidamus lacede-
monius aduersus archadas bellu gerens: arma in castris
statuit/ & circa ea duci equos noctu impauit clam. Quo-
rum uestigia mane tanq; castor & pollux perequitasent
ostendens ad futuros eosdem ipsis preliantibus psuasit.
¶ Pericles dux Atheniensium/ initurus prelium/ cum
animaduertisset lucum ex quo utraq; acies conspici po-
terat densissime opacitatis uastum / alioquin & diti pa-
tri sacrum ingentis illic stature hominem altissimis co-
turnis & ueste purpurea coma uenerabilem in curru ca-
didorum equorum sublimem constituit: qui dato si-
gno pugne proueberetur: et uoce Periclem appellans
cohortaretur eum diceretq; deos Atheniensium adesse
quo pene primo coniectu teli hostes terga dederunt.
¶ Lucius sylla quo paratiorem militem ad pugnandu
hret predici sibi a diis futura simulauit. Postremo etiaz
in conspectu exercitus prius q in aciem descenderet &
signu modice amplitudinis qd delphis sustulerat ora-
bat petebatq; ut promissam uictoriam maturaret. ¶ Ca-
ius marius quandā magam ex scythia habuit. a qua se
dimicatioem euentus prediscere simulabat. ¶ Q. Se-
torius cum barbaro & ronis indocili milite uteret cer-
uam candida in signis forme per lusitaniaz ducebat &

Cutida

Postum

Archid

Pericle

Sylla

Mariu

setori



ab ea quę agenda aut uitanda essent / p̄noscere se asseuerabat: ut barbari ad omnia tanq̄ diuinitus imperata obedirent. Hoc genere strategematon non tantū ea parte utendum est / qua imperitos existimabimus esse / apud quos his uteremur. sed multo magis ea q̄ talia erunt excogitabuntur ut ab his monstrata credāt. Alexander macedo sacrificaturus inscripsit medicamento aruspiscis manū quam ille extis erat supositurus: litterę significabant uictoriā Alexandro dari quas cum iecur calidū rapuisset & a rege militi esset onsum auxit animū tanq̄ deo spondente uictoriam. Idem fecit Indis aruspex preliuz Eumene cum gallis cōmissuro. Epaminūdas thebanus aduersus lacēdemonios fiduciam suoz religionē adiuuandam ratus arma quę ornamentis affixa in templis erant nocte subtraxit psualitq; militibus deos iter suū sequi ut preliantibus ipsis adessent. Agelilaus lacēdemonius cum quosdam per sax cepisset / quoz habitus multū terroris p̄fert quoties ueste tegitur / nudatos militibus suis / ut alba corpora & umbratica cōtemnerēt ondit. Gelo syracusanoz tyrannus bello aduersus penos suscepto / cū multos cepisset / infirmissimū quęq; p̄cipue ex auxiliatoribus qui nigerrimi erant / nudatum in conspectu suoz produxit ut psuaderet contemnedos. Cyrus rex psarum ut cōcitaret animos populariū tota die in excidenda quadā silua eos fatigauit. de inde post triduū prestitt eis liberalissimas epulas: & interrogauit utro magis gauderent. Cumq; ei p̄ntia probassent / atq; per hoc inquit ad illa pueniendum est. Na 3 liberi beatiq; esse nisi medos uiceritis non potestis: atq; ita eos ad cupiditatez p̄lii cōcitauit. Lucius sylla qa aduersus Archelaum p̄fectū mithrydatis apud pyrea pigrioribus ad p̄lium militibus utebatur / opere eos fatigando compulit ad poscendum ultro pugne signū.

Alexander

idem

Epaminūdas

Agelilaus

Gelo

Cyrus psar. R.

Sylla.

Fabius maximus uertus ne qua fiducia nauium ad quas refugium erat minus constanter pugnaret exercitus / incendi eas prius q̄ iniret p̄lium iussit.

De dissoluendo metu quō milites ex aduersis omnibus conciderunt. Ca. xii.

Cipio ex Italia & Africam transportando exercitum cum egrediens nauem prolapsus esset

& ob hoc attonitos milites cerneret / id qđ trepidationem afferebat constantia & magnitudine animi in hortationem conuertit & ludite inquit milites Africam oppressi.

Cesar cum forte conscendens nauem lapsus esset: teneo te terra mater inquit. qua interpretatione effecit ut repetiturus illas quibus p̄ficiscebatur terras uideretur.

T. Sempronius gracchus cōsul acie aduersus picentes directa cum subitus terremotus utraq; partes confudisset / exhortatione cōfirmavit suos & impulit ut consternatum superstitione hostem inuaderet adhortatosq; uicit.

Sertorius / cum equitum scuta extrinsecus equorumq; pectora cruenta subito prodigio apparuissent uictoriam portendi interpretatus est: quoniam ille partes hostili solerent cruore respergi.

Epaminūdas Thebanus / cōtristatis militibus q̄ ex hasta eius ornamentum infule more dependens / uentus ablatum in sepulchrum Lacēdemonii cuiusdam depulerat: Nolite inquit milites trepidare Lacēdemoniis significatur interritus sepulture enim funeribus ornantur.

Idez cum fax de celo nocte delapsa / eos qui aduerterunt terruisset lumen inquit hoc numina ostendunt.

Idem in stante aduersus Lacēdemonios pugna / cū sedile in quo resederat succubisset / et id uulgo pro tristi excipetur si gnificatione confusi milites interpretarentur Immo inquit uetamur sedere.

Lucius Sulpitius gallus / defectū lunę imminente / ne pro ostento exciperent milites / p̄

re

Fabius M.

Scipio

Cesar.

T. Sempronius gracchus.

Sertorius

Epaminūdas

idem.

idem.

Sulpitius gal.



Agathocles

Pericles

Tymotheus

Chabris

dixit futurum additis rationibus causisque defectionis.
 ¶ Agathocles Syracusanus/ aduersos Penos simili eius/
 dem sideris diminutione qua sub die pugne/ ut prodigi-
 gio milites sui consternati erant/ ratione qua id accide-
 rat exposita docuit quicquid illud foret/ ad rerum natu-
 ram/ non ad ipsorum propositum pertinere. ¶ Pericles
 eum/ in castra eius fulmen decidisset terruissetque milites
 aduocata concione lapidibus in conspectu omnium col-
 lisis ignem excussit/ sedauit turbationem cum docuisset
 similitudinem nubium attritu excuti fulmen. ¶ Ty-
 motheus Atheniensis classe dimicaturus aduersus cor-
 cyceos gubernatori suo/ qui proficiscenti iam classi si-
 gnum receptui ceperat dare/ quia ex remigibus quen-
 dam sternutantem audierat/ miraris inquit ex tot militi-
 bus unam proflixisse. ¶ Chabris Atheniensis/ classe di-
 micaturus circumfuso ante nauem ipsius fulmine exterritis
 per tale prodigium militibus nunc inquit potissimum
 uocanda pugna/ est cum aliorum maximus iupiter ad-
 esse nomen suum classi nostre ostendit.

¶ Sexti Iulii Frontini Strategematum liber
 secundus.

In positis primo libro exemplis instru-
 turis ut mea refer opinio ducem / in
 his que ante commissum prelium agen-
 da sunt: Deinceps reddamus pertinen-
 tia ad ea que in ipso prelio agi solent
 deinde que post prelium/ & eorum que
 ad prelium pertinent: Species sunt.

- ¶ De tempore ad pugnam eligendo. Ca. i.
- ¶ De loco ad pugnam eligend. Ca. ii.
- ¶ De acie ordinanda. Ca. iii.

- ¶ De acie hostium turbanda. Ca. iiii.
- ¶ De insidiis. Ca. v.
- ¶ De emittendo hoste ne clausus prelium ex despera-
 tione reintegret. Ca. vi.
- ¶ De dissimulandis aduersis. Ca. vii.
- ¶ De restituenda per constantiam acie. Ca. viii.
- ¶ Que post prelium agenda sunt si res prospere cesse-
 rint/ & de confirmandis reliquiis belli. Ca. iiii.
- ¶ Si res durius cesserit/ de aduersis emendandis. Ca. x.
- ¶ De dubiorum animis in fide retinendis. Ca. xi.
- ¶ Que facienda sunt pro castris/ si satis fidutię in pre-
 sentibus copiis non habemus. Ca. xii.
- ¶ De effugiendo. Ca. xiii.

¶ De tempore ad pugnam eligendo. Ca. i.
 Scipio in hispania/ cum comperisset Hasdruba-
 lem Penorum ducem ieiuno exercitu mane pro-
 cessisse in aciem/ continuit in horam septimam
 suos quibus preceperat ut quiescerent/ & cibum cape-
 rent: Cumque hostes inedia/ siti/ mora sub armis fatigati
 repetere castra cepissent subito copias eduxit & con-
 misso prelio uicit. ¶ Metellus Pius in Hispania aduer-
